

O 13  
Aduertencias para

bitant potius doctrinas, domos, Conuētus, sa-  
pelle & illem, & patriam etiam deserere & re-  
linquere deberent, quam in eiusmodi discrimine  
& periculum [ne dicam totalem Religionis de-  
structionem] Jordinem suum aduocare. Hac de-  
re doctissimus Pater Focher confecit opusca-  
lumi, cui nomen. De Veris Indiarum Occidēta-  
lium ministris. In quo docet, in quibus conue-  
niunt ministri qui ex officio, & illi qui ex Cha-  
ritate animarum curam exercent. Vbi ad in-  
terrogationem, quid est curam animarum ex  
Charitate exercere? Respondet, quod si dicitur ex  
Charitate curam exercere animarum, qui ad  
hoc se obligare non intendit, nisi in quantum  
eum ad hoc Charitas proximi eum obligat,  
qua tenetur proximum sicut se ipsum diligere.  
**Q**ui scilicet videns aliquas oves Pastore non  
habentes, eas suorum Superiorū facultate pas-  
cit, volens semper in suorum Superiorum o-  
bedientia remanare, & in nullo se Episcopo-  
talium ouium subdere, ut fuerunt haecenus in  
istis Indiis Fratres Mendicantes. Quorum af-  
fectum ad hoc multi Summi Pontifices suis  
prouocauerent gratiis, & priuilegiis, quate-  
nus ex animo transirent ad. Infideles conuer-  
tendos. Sed & Hispaniarum Reges, quibus

con-